



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-586642-p0001-1

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-586642-p0002-6

DFG

DISPUTATIO JURIDICA,  
*De*  
CONTRACTIBUS  
REALIBUS NO-

MINATIS:

Quam

DEO CLEMENTER ANNVENTE,  
permittente  
AMPLISSIMO JURIDICÆ FACUL-

tatis Collegio,

PRÆSIDE

Clarissimo Consultissimog<sub>s</sub>. Viro,

DN. JOHANNE CHRI-  
STOPHORO MEVRERO  
J. U. D.

Fautore suo obsequiosè colendo:

Die Mensis Aprilis

Publicè

In Auditorio ICtorum nadūrātiv  
defenderet

JOHANN CRETSCHMAR BRESLENSIS.



ARGENTORATI,

EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ.

Anno M. DC. XXII.

XXXIV  
294

44

1622, 8.



MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSLIMIS, CONSULTISSIMIS, CLARISSIMIS QVE VIRIS:

Dn. ERNESTO GRÜTTSCHEIBER, à ZOPKENDORFF IN STABELVIZ:

Dn. DIONYSIO GOTHOFREDO, JC. EMINENTISSIMO ET IN ACADEM. HEIDELBERG. ANTECESSORI CELEBERRIMO.

Dn. REINHARDO ROSÆ, J. U. D. ET REIP. BRESLENSIS SYNDICO.

Dn. HERMANNO MUNDRICH. J. U. D.

Dn. MELCHIORI MEHLIO. J. U. C. ALTERE MEO PARENTI CHARISSIMO.

*Dominis & Patronis meis ut summis,  
ita summe colendis.*

L. M. Q.

Has meas in Iure Primitias dico  
& consecro

JOHANN CRETSCHMAR Breslensis.



## PRÆLOQUIUM.

**D**rum creditarum nomen, multa significatio-  
nem suâ complectitur, nam ut lib. I. quæ-  
stion. Celsus ait, credendi generalis appella-  
tio est, & rei quoque verbum, ut generale  
Prætor elegit. l. I. ff. hoc titul. Sunt autem res creditæ,  
quas alienam fidem secuti alteri concedimus, eandem  
vel Speciem (in commodato, deposito & pignore) vel  
Genus (in mutuo) ex hoc contractu recepturi: Vnde  
Creditor propriè non nisi ex contractu dicitur. Quo-  
niam verò multa, ut generalitas tituli promittit, ad Cō-  
tractus varios pertinentia jura Prætor sub hoc titulo in-  
seruit, l. I. ff. h. t. Et in creditum duobus ferè, juregenti-  
um, contrahendi modis eatur, nimirum, cum Reipsâ  
contrahitur, ut in mutuo, commodato, pignore, depo-  
sito, aut consensu potissimum, ut in Emptione, societa-  
te, &c. Wesembec. ff. h. t. n. 3. nos, ne in vasto hoc mari  
errabundi vagemur, hanc nobis viam deligenus, ut de  
Contractibus, qui re contrahuntur, agentes, tracte-  
mus,

- I. DE MUTVO.
- II. DE COMMODO.
- III. DE DEPOSITO.
- IV. DE PIGNORE.

### THEISIS I.

Usurpatur autem vox mutui propriè & impropriè. Propriè  
A 2 quidem

quidem vel pro re quæ mutuo datur princ. §. 1. & 2. Inst. de obligat.  
quæ re contrah. l. 2. & 3. ff. h. t. vel pro ipso Contractu mutui, §. 2.  
Inst. de I. N. G. & C. l. 2. & 3. ff. h. tit. vel ut fænus etiam in se con-  
tineat l. 34. §. 1. ff. h. t. l. 7. §. 9. de S. C. Maced. l. 41. §. 1. de usur. vel ut fæ-  
nori opponatur l. 33. & 34. ff. h. tit. vel significatione adjectivâ.  
l. 17. l. 22. ff. hoc tit. l. 41. §. 1. de usur. l. 26. de constit. pecun. l. 1. Cod.  
mandat.

## II.

Impropriè accipitur vox mutui, cum de commodato etiam  
dicitur. l. 49. §. 2. leg. l. 12. §. 14. de instructo, vel inst. leg.

## III.

Appellatur aliàs à formâ mutui datio. princ. Inst. de obligat.  
quæ re contrah. l. 2. ff. h. t. à materiâ numeratio. l. 19. de V. S. l. 4. de S. C.  
Maced. l. 126. §. 2. vers. supereft. de V. O. numeratio pecuniæ. l. 7. ff. h. t.  
Nomen. l. 35. ff. h. t. l. 11. in fin. princ. de usur. pecunia mutuo accep-  
pta. l. 1. C. mandat, mutua pecunia l. 10. in fin. de V. S. l. 14. C. h. t.,  
l. 3. §. 3. de S. C. Maced. mutua quantitas accepta. l. 41. §. ultim. de  
usur. æs alienum. l. 1. princ. de S. C. Maced. l. 1. l. 11. C. h. t. Ab effectu  
credитum. l. 4. ff. h. tit. l. 20. de Iudic. credita pecunia, l. 10. l. 15. l. 16. l.  
20 ff. h. t. Res credita. rubr. ff. & C. h. t.

## IV.

Dicitur mutuum quod ex meo tuum fiat l. 2. §. 2. ff. 2. ff. h. t.  
Seu concinnius quasi pætuum, ad reciprocam ipsius actus naturâ,  
& effectus simulatam celeritatem exprimendam. Id enim agitur  
ut de meo tuum fiat, & rursus aliquando de tuo meum. Unico a-  
ctu meum esse quod definit, tuum esse incipit. Alienor verò ea  
est notatio, quod sit earum rerum quæ mutuiis vicibus funguntur.  
Welembec. ad tit. de Reb. cred. Definit. Contractus juris gentium,  
stricti juris quo quantitas seu res fungibilis à Creditore debitori  
datur gratis, sub fiduciâ & lege restituendæ ejusdem, in eodem ge-  
nere, qualitate & quantitate, non in Specie. princ. Inst. quib. mod. re  
contrah. obligat. l. 1. §. 2. ff. de O. & A. Si tamen eadem reddantur  
quantitatis corpora, modo commodatum erit. l. 4. ff. commod. modo  
distractus, l. 2. ff. h. tit.

## V. Cau-

## V.

Causa efficiens mutui remota est Jus gentium, §. 2. in fin. Inst. de I. N. G. & C. idq; secundarium: Ex quâ de origine, necessitate & utilitate hujus contractus judicare licet: utpote cum ipsa dominiorum distinctione, non simplici ratione, sed ex quâdam humanae indigentiae hypothesi, constituti. arg. l. 7. ff. de I. & I. cui assistit Jus Civile & indolem ejus infirmam excolit, ff. & C. h. t. propinqua est dantum & accipientium consensus. l. 18. l. 32. ff. h. t. proxima est rei in mutuum venientis exhibito. pr. Inst. quib. mod. re contrah. Oblig. l. 1. & 2. de O. & A.

## VI.

Finis mutui duplex est: Summus, utilitas publica, quæ partim etiam consistit in commerciorum frequentia: vel subordinatus, ut indigentiae mutuatarij proximi subveniatur, dominio usuque rei gratuito translato. l. 4. pr. l. 9. §. ult. l. 11. princ. l. 32. ff. h. t. l. 19. pr. de prescript. verb. ita tamen ut obstrictus maneat Debitor ad rem ejusdem Generis seu Naturæ, seu bonitatis reddendam: idq; ob justitiæ commutativæ Arithmeticam æquabilitatem, & strictam hujus contractus naturam: ut indemnitiati officiosi creditoris consulatur.

## VII.

Dividi potest commodissimè in Propriè mutuum & quasi mutuum. l. 9. §. ult. ibi, quasi mutua. ff. h. t. arg. l. 24. de O. & A. l. 34. pr. mandat. l. 15. & 20. ff. h. t.

## VIII.

Propriè seu verè mutuum est, quod datione & acceptione rei fungibilis statim perficitur. l. 2. l. 16. l. 19. ff. h. t.

## IX.

Quasi mutuum est pendens & ex post facto ab homine vel lege confirmatum. l. 8. l. 11. l. 13. l. 15. ff. h. t. jure singulari, d. l. 15. quod dicitur mutui vicem habere. l. 3. §. 3. ad S. C. Maced.

## X.

Secundò dividi non ita potest in concinnè in naturale, quod perficitur longæ manus traditione, proprio nomine factâ: & Civile, quod brevis manus fictione interveniente alieno nomine

A 3 con-

contrahitur: cuius species elegans proponitur in l. 9. §. 8. & seq. ff.  
h. t. l. 15. ff. hoc titul.

XI.

Tertiò mutuum aliud est verum, de quo his. Aliud præsumptum, ex quo nascitur propria, quæ dicitur literarum obligatio. l. 3. §. 5. C. de non num. pec. Inst. ead.

XII.

Mutuum dare possunt omnes, qui non Naturâ vel lege prohibentur, utpote Furiosi l. 12. ff. h. t. l. 2. & pr. de O. & A. l. 2. Cod. de contrahend. empt. l. 5. de R. I. licet consumptione & in rem versione nascatur ei condic̄tio. d. l. 12. Infantes §. pupillus. 9. Inst. de inutil. stipulat. l. 12. C. ad l. Cornel. de Sicar. filius fam. l. 3. §. 2. ff. ad Maced. sed nec pater familias minor, sine curatore suo quem habet. l. 3. C. de res in int. quia hæc obligatio trahit secum rerum alienationem. Pupillus sine Tutori autore. l. 59. ff. de O. & A. l. 6. §. fin. ff. de V. O. l. 5. ff. de R. I. licet consumptio conditionem nasci faciat. l. 19. §. fin. ff. h. tit. quod de conditione non mutui, sed sine causâ accipiendo, rectè nos docuit Ampliss. Dn. Meier. Disp. de mut. th. 21. Præfides provinciarum temporarij l. 33. ff. h. tit. l. 16. C. cod. l. unic. Cod. si Rector. Provinc. vel ad eum pertinent. sponsal. deder. l. 4. §. 2. de offic. Proconsul.

XIII.

Rectè vero mutuum dant, Dominus rei mutuo datæ l. 2. §. 4. ff. h. t. Socius partem competentem. l. 18. ff. h. tit. filius familias pecuniâ studiis destinatū. l. 17. ff. h. t. minor Curatorē nō habens. arg. l. 3. C. de restit. in int. Pupillus Tutori autore. arg. §. ult. Inst. quib. alienar. licet vel non. l. 3. §. 2. de S. C. Maced. l. 19. §. 1. ff. h. tit. l. 9. pr. de autor. & consens. Tutor. Tutor & Curator eorum nomine, quorum tutelam aut Curam gerint. l. 26. ff. h. t. l. 26. de administrat. & peric. Tutor. Administrator vel etiam Servus Civitatis. l. 11. de usur. Præfides & Administratores Civitatum perpetui. l. 34. ff. h. t. Hoc singulare est in mutuo, quod etiam non dominis mutuum non contrahant, uti fur l. 13. ff. h. titul. & tamen illis queratur condic̄tio. l. 14. ff. h. titul.

XIV.

Nascitur ex hoc contractu actio, quæ dicitur condic̄tio certi, §.

ti, §. I. In s. i. quib. mod. re contr. cuius, tot sunt Species quo obligatio-  
nes, ex quibus certum petitur. arg. l. 9 ff. h. tit. atq; ea ipsa condi-  
ctio generalis, ad determinationem suæ causæ seu negotij ut spe-  
cificatur: ita & hic dicitur conductio specialis ex mutuo. d. §. I.  
Actione illâ licet aliud Genus pro alio exigi & queat, tamen inter-  
dum evenit, ut rei mutuo datæ æstimatio præstetur officio judicis,  
veluti si vinum vel oleum mutuum datum sit. l. 22. ff. hoc tit. sæpius  
enim in strictis Judiciis re non præstitâ res æstimatur. l. 3. §. commo-  
dat. l. 59. de V. O. l. 5. §. ult. de in lit. jurand.

## XV.

Sequetur autem Judex in hac æstimatione circumstantiam  
illius Temporis aut Loci, quo res mutuo data solvi debuit, de qua  
si non fuerit conventum, æstimatio reitanta futura est, quanta fu-  
tilitis contestatæ tempore, & loco. l. 22. ff. h. tit. l. 2. de O. & A. l. 23. l. 59.  
l. 60. l. 91. §. ult. de V. O.

## XVI.

De pecuniis mutuo datis, isto præsertim tempore admodum  
notabilis est distinctio, quod:

## XVII.

Vel certa Specierum Summa,  
Vel certa pecuniæ summa certâ Specie solvenda,  
Vel certa pecuniæ summa quacunq; pecuniæ specie restitu-  
enda, Debitori creditur.

## XVIII.

Certa Specierum summa conceditur Debitori, cum certi  
Generis nummi eidem dati sunt, ut eosdem eodem numero eadé-  
que Specie restituat. V.C. Titius dedit Mævio Centum Imperiales  
vel aureos Ungaricos aut Rhenenses, Mævius tempore constitu-  
to tenet reddere aureos Ungaricos aut Rhenenses seu Imperiales  
numero Centum. Quia quod Genus muneratum est Debitori de  
eodem Creditori reddendo tenetur. l. 3 ff. h. t.

## XIX.

Certa pecuniæ summa certâ Specie solvenda creditur, cum  
Sempronius Titio concedit centum florenos, numeratis viginti  
Imperialibus, cum hac conditione, ut tempore constituto sibi red-  
dat.

dat centum florenos, numeratis tot Joachimicis, quot illam pecunia summam valore suo æquaturi sunt. l.3. ff. h.t.

XX.

Certa pecuniæ summa quacunq; monetæ Specie reddenda mutuo datur, cum in hoc convenit inter Creditorem & Debitorum, ut pro Centum florenis mutuo datis, Debitor Creditori suo tempore centum florenos restituat, nulla habitâ Speciei ratione, dummodo pecunia sit utilis. Hundert gulden an gutem ganghafftem geben Geldt/ in quacūq; Monetâ, solvi posse statuimus, magis considerata intrinseca qualitate quam accidentario valore.

XXI.

Summa: Judex in harum rerum decisione sequitur Conventionem & Consensum Debitoris & Creditoris instrumento expressum, qui hunc contractum quasi animat. argum. l.3. vers. nam in contrahendo. l.7. & l.32. ff. h.t. plura de his videantur in Colleg. Iuridic. Argent. lib. 12. Tit. 1. th. 29. & seqq.

DE COMMODATO.

THESSIS I.

Dupliciter potissimum vox Commodati usurpatur: pro Re commodatâ. l.3. §.3. l.5. pr. §.13. pr. ff. h.t. l. ult. C.h.t. Pro Contractu l.5. §.2. vers. commodatum. l.17. pr. ff. h.t. l.7. §.1. de pact. l.23. de R. I.

II.

Dicitur commodatum, quod cum modo vel commodo detur. Cujac. in parat. l. C. h.t. Estque Contractus, quo Debitori nudus rei alienæ, corporalis vel incorporalis, mobilis vel immobilis usus à Creditore gratis conceditur, sub fide eandem salvâ substaniâ Creditori restituendi. l.7. §.1. de pact. l.23. de R. I. l.1. §.1. l. 15. l. 16. ff. h.t. & paß. m. l.17. de prescript. verb. l.3. l.15. §.2. 8. 95. de precar. §.2. Inst. quib. mod. recontrah. obligat.

III.

Causa efficiens remota est Jus Gentium. l.7. §. 1. de pact. propinqua est Consensus seu Contractus Debitoris & Creditoris. l.23. de R. I. §.29. vers. actionum. Inst. de action. l.2. §.1. de O. & A. proxima, rei commodatae exhibitio. l.1. §.3. de O. & A.

IV.

## IV.

Finis est, ut necessitatibus proxime gentis subveniamus. l.5.  
§.2.vers.commodatum ff.h.t. Dividitur Commodity in Verum &  
Quasi. Vere commodity eit, quod datur ad certum Tempus &  
usum præscriptum. l.5. §.8. l.17. §.3. ff.h.t. l.2. C.d.t. §.6. furtum. Instit. de  
obligat.

## V.

Quasi commodity est quod datur ad tempus incertum,  
tamdiu, donec rem suam Commodator repeatat. l.8. §.eum. l.1. l.2. de  
precar. Commodato dare possunt, Dominus rei. l.8. ff.h.t. qui rem  
possidet, licet ejus Dominus non sit. l.15. h.t. Vxorem Viri. l. 24. §.  
6. solut. matrimon. filius familias. l.9. de O. & A. servus l.14. ff.h.t. l.36.  
de condic. indeb.

## VI.

Non possunt furiosi. l.2. ff.h.t. & in genere omnes iij qui usum  
rei commodity non habent. arg. §.1. de usu & habitat.

## VII.

Accipere possunt Commodity omnes quibus contrahere  
permisum est. l.3. §.4. ff.h.t. l.14. §.10. de furt. præter Dominum rei  
commodity. l.15. ff. depositi, quem rem suam commodity acci-  
pere contra Naturam est.

## VIII.

Effectus hujus est actio duplex. Directa adversus commo-  
darium ob rem non restitutam vel deterioratam. l.17. §. si ex pacto.  
ff. h. t. quia is primò & principaliter obligatur in hoc contractu:  
in quam non venit tantum dolus, unde juratur in litem, l.3. §. 2. ff.  
h. t. sed etiam lata culpa, si nempe solius commodity gratia con-  
trahatur. notab. text. in l.3. §. fin. & l. seq ff. h. t. §. ult. ff. de precar. levis  
si utriusq; versetur utilitas. l.3. §. 2. ff. h. t. & deniq; levissima, cuius  
summus gradus est diligentia. d. l.3. §. 2. unde plerumq; furtum rei  
commodity tenetur præstare. l.21. ff. h. t.

## IX.

Contraria actio adversus commodity datur de eo quod  
interest rem non auferri. l.17. §. sicut ff. h. t. de impensis necessariis.  
l.18. ff. h. t. concurrunt verò Rei vindicatio, & L. Aquiliae.

B



## DE DEPOSITO.

### THEISIS I.

Depositum significatio duplex est: aut enim pro re deposita accipitur. ut l. i. pr. ff. h. t. aut pro contractu depositionis l. 7. §. 1. de pact. §. 2. Inst. de I. N. G. & C.

### II.

Dictum est ex eo quod ponitur, præpositio enim de, auget depositum, ut ostendat totum fidei ejus commissum, qui ad custodiæ rei pertinet. l. i. in pr. ff. h. t. Estque Contractus quo custodia rei suscipienti gratis committitur sub fide eandem repetenti restituendi. l. 7. C. h. t. l. i. §. 8. 9. 12. 13. l. 6. l. 31. l. 186. de V. S.

### III.

Efficiens depositi remota est Jus Gentium. l. 7. §. 1. de pact. §. 2. Inst. de I. N. G. & C. propior, est consensus deponentis & ejus, cuius custodiæ res deposita committitur. l. 2. §. 1. de O. & A. proxima est rei ipsius depositio. l. i. §. 5. de O. & A.

### IV.

Finis est, ut res deponentis in tuto constituatur. l. i. princ. & passim ff. & C. h. t. l. i. §. 2. ff. commodati.

### V.

A forma dividitur in species analogas, quod aliud sit regulare, de quo supr. Et irregulare, in eo, quod dominium transferatur, quod usuræ prætentur, quod non idem, sed tantundem redditatur. De quo in l. 24. & 26. ff. depos.

### VI.

Ab Objecto dividitur Depositum, quod aliud sit rei non litigiosæ, aliud rei litigiosæ.

### VII.

Rei non litigiosæ depositum propriæ est rei mobilis. l. i. ff. h. t. & volenti semper est reddendum l. i. §. 22. 45. ff. h. t. adeò ut ne quidem compensationis exceptio locum habeat. l. pen. Cod. h. t. nisi obstante causâ aliquâ gravissimâ. d. l. §. 22. & seqq. & l. pen. Cod. eod. Idemq; alteri committitur vel de Necessitate, vel ex Consilio.

De

VIII.

De necessitate, incendio nimirum, ruinâ, alioq; hujusmodi  
inopinato casu nos oppinuente. l.1.depositit.t.t.de naufrag.ruin.

299

IX.

Ex consilio res deponitur, nullo tali casu nos opprimente,  
sed remoram paciente, & contractu ab utraq; parte inito. l.18.com-  
modati.arg.l.134.de V.O.

X.

Rei litigiosæ depositio est, quares litigiosa etiam immobilis  
à litigantibus vel Judice apud tertium deponitur, eâ lege, ut vin-  
centi restituatur, dicitur suo nomine sequestratio. l. Sequester, 110.  
de V. S. l.5.l.6.l.12.l.17.ff.h.t.l.unic.C. de prohibit. pecun. sequestr. Estq;  
& ipsa vel spontanea, quæ absolutâ ligitantum voluntate fit. l.5.  
§.12.l.6.l.17.ff.h.t.vel coacta, quæ iuslī superioris, Jurisdictionem  
habentis, litigantibus etiam invitis perficitur, regulariter tamen  
prohibita.l.unic.de prohib. pecun. sequestr.l.7. si fidejussor, ff. qui satisda-  
re coguntur.

XI.

Persequestrum an possessio in sequestrem transferatur se-  
questro digna interpretibus est controversia: nobis placet distin-  
ctio, ubi in dubio, quid actum sit, transferri possessionem, ad fir-  
mare non dubitamus. l.17.ff.h.t.juncta.l.39.ff.de ad.vel am.poss.

XII.

Deponere potest quilibet rem suam quam possidet, modo  
contrahere possit. l.1.l.17.§.1.ff.h.t. etiam fur aut prædo l.1.§.39. l. 31.  
§.1.ff.h.t. ut tamen in restitutione gradus æquitatis serventur d. l.31.  
& Creditor pignus. l.9. de pignerat.act. ac Depositarius quoq; rem  
depositam l.17.ff.h.t.l.30. §. ult. de acquirend. possession. filius familias.  
l.19.ff.h.t.Servus l.1.§.17.30.32.33.l.11.ff.h.t.

XIII.

Deponi potest præter Dominum rei. l.15.ff.h.t.apud omnes  
qui obligari possunt, & sic apud filium fam. l.1. §.42.l.21.pr.ff.h.t.l.  
49.de O. & A. apud Servum l.1.§.18. & 42.l.21. §.1. l.27. ff. h. t. apud  
pupillum Tute Autore. l.1. §.15.ff.h.t.l.2.defid. & mandat.

B 2

DE

## DE PIGNORE.

### THESES.

Pignoris appellatio generalis est, significans jus quod Creditori in re aliquâ constituitur, ut debitum sit tanto tutius. l. 9. §. 2. l. 15. l. 18. §. 2. de pignerat. action. l. 4. C. eod. l. 12. §. 8. ff. qui pot. in pignus. l. 1. §. ult. ff. h. t. & sic accepta duas habet Species, Pignus in Specie dictum quores mobilis Creditori obligatur & traditur. l. 238. §. 2. de V. S. & §. 7. Inst. de action. & Hypothecam quæ est pignus rei non traditæ. l. si rem alienam 9. §. 2. ff. d. t.

### II.

Dicitur alias Vadium c. i. extr. de pignor. Guadia. Longobard. de debit. & guadimon. l. 9. l. 10. & passim t. t. Guadimonium. ut in d. rubric. de debit. & guad. pigneratio, vel barbare repræfaliæ aut præfaliæ. C. un. extr. de injur. lib. 6. Constit. Neapol. tit. de cult. pac. & tit. seq. notat. Pacius in tract. de pignorib. c. 5. n. 2.

### III.

Origo vocis hujus est à pugno. l. 2. l. 38. de V. S. quia res quæ pignori dantur, manu traduntur, & definiri potest quod sit contractus, quo à Debitore res mobilis traditur, Creditori insecuritatem & fiduciam crediti qualiscunq; præcedentis à Debitore aliquando recipiendi, & eo recepto pignoris traditi restituendi. l. 17. §. de pignore. ff. de pact. t. t. quæ res pignori dari possunt. §. final. Inst. quib. mod. re contrah. obligat. §. fin. de pignerat. action.

### IV.

Causa Efficiens remota est Jus Gentium. l. 1. §. 1. de pact. §. 2. Institut. de Iur. Nat. Gent. & Civil.

### V.

Propinqua est consensus seu Conventio. l. 4. l. 13. §. 3. ff. h. t. l. 2. l. 9. C. quæ res pignor. l. 4. de fide instrument. l. 1. pr. §. 1. de pignerat. action. l. 44. §. 5. de usucap. proxima, est rei traditio, in pignore nimirum propriè dicto, rei mobilis, l. 1. §. 6. de O. & A. §. ult. Institut. quib. mod. reconstr. obligat.

### VI.

Finis est ut Creditor tanto majori cum securitate credat, &  
Debitori

Debitor tanto facilius credatur. §.ult. Inst. quib. mod. recontrah. obli-  
gat. l. 18. de R. I. l. 9. §.ult. de suppellect. leg. l. 9. de collat. bon.

## VII.

In genere dividitur pignus quod sit vel publicè vel privatim  
constitutum. l. 26. de pign. act. Publicè constitutum est, quod auto-  
ritate Magistratus, nomine Debitoris datum est. l. 28. C. de evict. l. 5.  
C. de pact. convent. idq; rursum est vel Prætorium, vel judiciale. t. t. C.  
de Præt. pign. & t. ff. ut ex causa jud. missione in possessione aut ejusdē  
apprehensione. §. 1. de pign. act. L. 2. C. de Prætor. pign.

## VIII.

Privatum constitutum pignus est quod nullâ publicâ autori-  
tate à Domino pignoratae rei datum est. l. qua prædium. C. si aliena-  
res pigner.

## IX.

2. Dividitur pignus in Hypothecam, quæ est rei non posses-  
sæ. l. 9. ff. de pign. act. Et pignus in Specie sic dictum, quod est rei  
traditæ. §. item 7. inst. de act. Illa rursus vel est expressâ : vel tacita,  
quæ ex tacita, vel præsumpta hominis conventione à lege induci-  
tur. arg. l. 1. C. comm. de legat. hic pertinet elegans consideratio mul-  
tumq; utilis tit. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacite contrah. Hoc  
uniuersi modi est, semperq; expressâ conventione constituitur.

## X.

Dare possunt pignus omnes qui contractu obligantur, nimi-  
rum Dominus rei, Tutor & Curator nomine Pupilli & minoris  
l. 16. de pignerat. act. l. 27. de adm. Tutel. Pater res filij. l. 26. §. 1. ff. h. t. Fi-  
lius familias vel Servus, rem cuius liberam habet administrationem.  
l. 13. pr. de cond. in deb. l. 18. §. ult. l. 19. de pign. act. l. 10. C. quod cum eo. Ser-  
vus rem Domini, eo consentiente. l. 29. §. ult. ff. h. t.

## XI.

Pignus quoq; accipere possunt omnes qui contrahere possunt  
& inter hos interdum, qui emere prohibentur. l. 24. ff. h. t. ij nimi-  
rum quibus non ratione Personæ, sed ratione rei emptio interdicta  
est. l. 1. §. ult. qua res pigner.

## ADIECTANEA PRAE SIDIS.

*Ad l. 2. ff. de reb. credit.*

Mutuum est quantitatis. Quantitas est res fungibilis consistens in numero pondere & mensurâ: non modò potentia: sed etiâ cōsuetudine numerâdi, ponderâdi: quomodo plerâq; res nō ex uno functionis modo: sed ex pondere & mensurâ: mensurâ & numero: numero & pondere simul functionem recipiunt usu vel conventione. Unde nostris moribus pecunia signata ad pondus & numerum dari non insolens; neq; in consultum id est.

Functionem hæc esse non potest, nisi inter diversa numero corpora: unde species functionem hanc recipi negantur: si eadem reddantur.

Functionem enim recipere ideo dicuntur, quia res diversæ tantâ similitudine sunt, ut eandem affectionem & utilitatem referre videantur, & una tantum præstat creditori: quantum altera debitori, non tantum quantitate & qualitate: sed etiam usu. *Connan. lib. 1. c. 1. l. certa 6. ff. de reb. cred. vers. mutua vice funguntur, quæ tandem præstent.*

Hoc fit identitate illa: quæ consistit partim in pariatione quantitatis, puta, numeri, ponderis mensuræ, vel utriusque: partim in similitudine generis: Hæc consistit in tribus. 1. in identitate generis summi: Unde non licet pro vino reddere equum invitato creditori. 2. In identitate generis subalterni, unde non licet pro vino solvere oleum: seu identitate modi functionis, unde non licet pro pecuniâ solvere oleum. 3. In identitate generis proximi: Recipiunt enim hæc res non modò functionem in genere: sed etiam in genere suo, & proximo. *d. l. 2. §. 1. b. t. l. 1. §. 2. ff. de solut. quæ functionio proximè accedit ad speciem. Unde vinum Rhenanum non re- Etè solvitur pro vino Campano: neque nummi quilibet recipiunt functionem in genere quolibet nummorum! *Paulus 93. ff. de solut. sed tantum in suo & proximo, de quo vel palam, vel numeratione tacitè convenitum est.* 4. Consistit deniq; identitas generis in similitudine & convenientia materiæ, seu qualitatis. *l. 21. §. quamvis ff. de solut. cuius veluti sequela est perpetua illa aestimatio, de qua in l. 1. ff. de contrah. empt. Qualitas illa quidem, bonitas, & puritas, pro diverso**

307.

diverso materiæ genere diversa: naturâ tamen semper certa est, & nobis certificatur per gradus bonitatis. Unde vinum non modò rhenanum debet reddi pro rhenano eâdem mensura: sed etiam eâdem qualitate, nec novum pro veteri: sed nec vetus pro veteri vino rectè solvi potest, nisi etiam æq; bonum reddatur *l. cum quid 3 ff. h.t.* Pariter quâ frôte quo jure debitor pro antiquâ moneta novam obtrudet, nisi in eâdem bonitate essentiali: nisi in eodem graduali numero naturalis qualitatis. *arg. l. 99 ff. de solut.* quâm igitur sibi æquitatem fингent Molynæ sequæ in hisce solutionibus, nisi quæ desumitur ex justitiæ commutativæ arithmeticâ proportione, & strictâ contractus naturâ. At, inquiunt, certum petitur actione mutui: Bonitas v. certa gradu in hisce rebus perpetuo esse nequit; veruntamen sibi vigilent creditores, ut id quod numeratum est, probare queant: aut si ad summum istæc *ampibetia* sciri & servari nequit, quis non, ut quantum possibile est, ad eam proximè accedamus, ex juris religione dixerit. Favendum debitoribus: sed ibi, ubi de damno, non de lucro captando agunt.

*Ad l. 102 ff. de solut.*

## DE SOLVTIONE MONETARIA.

Olim publica & perpetua erat pecuniæ æstimatio. Publicæ quidem ratione impositionis & locorum. Perpetua vero ratione durationis. At vero hodiè neq; publica, neque perpetua amplius est. Monstrofa enim & quotidiana rei monetariæ variatio, (utinam Nemesis in aliquando experiatur suam) præterquam quod magnarum in republ. (quibus adhuc cum miserè fluctuat) calamitatum nuncia & comes extitit, quam non commerciorum confusionem trahit, innocentiumq; creditorum lachrymas excitat? quas non, in debitorum solutionibus scholis & foro controversas difficultates in felix mater peperit, antiquæ & nitidæ jurisprudentiæ invisas? Quia tamen corruptis moribus, non secus ac medicamentis novis, morbis, obviandum est bonis legibus *Nov. Leon. 1. in pr. de iis ex veris juris principiis*, omni æquitatis aliunde quæsitæ glaucomate seposito, sic statuendum arbitror.

Certissimæ sunt juris regulæ 1. Aliud pro alio invito creditori solvi nequit. *l. 9. §. ult. ff. de contrah. empt.* 2. Solutio ita facienda,

enda, ne quid absit creditori neque plus sit, quam ei abest. l. 61. ff.  
*de solut.* 3. Non omne quod est in solutione, præcisè etiam est in  
obligatione: illud actione peti potest, hoc non æque. l. 28. ff. *de V.O.*  
4. Mutuum contrahitur datione ipsa, neque ultra id quod datum  
est nasci potest obligatio, ne quidem conventione. l. 11. ff. *b.t.* in mi-  
nus tamen conventione valet. 5. Æquitas solutionis, non aliunde  
petenda, quam quatenus stricta hujus contractus natura patitur.  
6. Id inspicitur in hac actione, non quid in rem debitoris versum  
sit, sed quid numeratum sit, & versum iri potuerit. 7. Nummi re-  
cipiunt quidem functionem in omni genere nummorum, conven-  
tionetamen effici potest, ut functionem recipient in certo, vel sub-  
alterno, vel proximo genere nummorum: si nihil conventum est,  
expressè de eo genere videtur conventum, quod numeratum est:  
quod si solvi nequeat, habenda tamen est ratio intrinsecæ qualita-  
tis. His suppositis sit conclusio generalis.

Si certa specierum summa mutuò data sit, ea restituenda in  
codem specierum numero, seu convenerit, seu simpliciter: sine  
extrinsecæ bonitatis incrementi vel decrementi respectu: idque si  
eadem manserit bonitas intrinseca: ea seu meliorata sit, datur  
augmentum numero: seu depravata, suppletur deterio ratio aug-  
mento valoris & materiæ.

Si certa pecuniaæ summa credita sit, non tamen certæ speci-  
es: si apparet quæ & quot numeratæ sunt, eæ solvendæ, non con-  
siderato valore: nisi expressè convenerit, ut minus solvatur.

3. Si certa specierum summa credita sit, pro certa quantitate,  
ea non taxationis, sed demonstrationis causâ adjecta intelligi  
debet.

Et summatim ut ciatur quid, quale quantūq; debeatur, non  
æstimandum ex solo & accidentario valore, sed ex qualitate mate-  
riæ intensâ, quæ sola perpetuæ æstimationis est fundamentum. At-  
que hæc tanto confidentius, quod videam magni nominis JCtorū  
judicia congruere, quorum mihi non minor est autoritas,  
quam rerum judicaturum, quarum tamen præju-  
dicia hic extant contraria.

F I N I S.

Straßburg, Diss., 1613-II



1017



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-586642-p0020-6

DFG

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

## Farbkarte #13



IDICA,

TIBUS  
S N O-

XXXI  
294

1622, 8.

NNVENTE,

CAE FACUL.

g Viro,  
E CHRI-  
VRERO

colendo:

Súrauris

BRESLENSIS.

ATI,

LEDERTZ.

XXII.